







EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI, BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetéra,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.


Lbcy 21














EXERCITATIO THEOLOGICA
EXEGETICA
IN
EPISTOLAM
S. PAULI AD TITUM,

PER DEI GRATIAM
IN REGIA FRIDERICIANA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS, ET PROVINCiarum
BRANDENB. HEREDE, & reliqua,

PRAESIDE

DN. JOACH. JUSTO BREITHAUPT,
S. THEOL. D. & P. P.

A. MDCCIII. m. JUN.

Publico Examini submissa

a

RESPONDENTE AUCTORE

DAVIDE NICOLAO BERDOTO, Montisbelg.
SERENISSIMI MONTBELGARTICO - VVURTEMBERGICI DUCIS
Alumno.

HALAE, LITTERIS ORPHANOTROPHI.

EXERCITATIO THEOLOGICA
EXEGESEA
IN
MAJORIS
MITTE AD
IN RIGA TRADITIONA
RECTORI MAGISTRICORUM
DNTIBVS EGO HOMINIBVS
REGI DEDICAVIMUS IN CIVIRVM
DIAVOLI OROGNA
ESTINQD DLA
VNBCCWUIN
C
DAVID NICOLAO IRKDOOR MOUTSPEGL
HABET ELLERSONS
HABET ELLERSONS

A SON ALTESSE SERENISSIME
MONSIEUR

ERNESTE AUGUSTE,

DUC de Saxe, de Juliers, de Cleves, de Berg, d'Angarie & de Westphalie, LAND-
GRAVE de Thuringue, MARGRAVE
de Misnie, PRINCE de Henneberg,
COMTE de la Marck, & de Ravens-
berg, SEIGNEUR de
Ravenstein &c.

Etre assés éclairé pour ne s'égarter pas,
Rentrer souvent dans soi , examiner le
monde,
Ne se point attacher à tous ses faus appas,
Eviter l'imposteur, préferer l'ame ronde,
Sunir à Jesus Christ, le suivre pas à pas,
Tenir dessous ses piés toute la terre, & l'
onde,
Embrasser purement Ce Dieu iusqu' au
trépas,
Agir selon ses loix par sa vertu féconde:
Voila, PRINCE TRES HAUT, le por-
trait d'un grand † Roi,
Généralement fait, mais fondé dans la
croix. [traces,
Vôtre dessein étant de marcher sur ses
Sans flâter ie prie Dieu que son amour
parfait
Transfuse en vous toujours les plus sub-
limes graces,
Et vous fasse agréer cet essai, que i'ai fait.

* Voyés pour fondement du sonnet les Pseaumes XXXIV. XXXVII.
XLIX. LXII. LXIII. LXXIII. † David.

MONSEIGNEUR

Je reconnois treshumblement la bonté , que
VOTRE ALTESSE SERENISSIME a [û
de me choisir contre mon attente , pour lui
enseigner la langue françoise. C'est MON-
SEIGNEUR pour Vous le témoigner en
quèque façon , que i' ose prendre la liberté de
dedier à VOTRE ALTESSE SERENIS-
SIME ce fruit de mon petit travail ; Etant
avec autant de Zèle , que de soumission ,

MONSEIGNEUR

DE VOTRE ALTESSE SERENISSIME

A Halle le 14. Juin.
1703.

*Le treshumble , & tres obéissant
Serviteur*

DAVID NICOLAS BERDOT.

MONSEIGNEUR

Le recours des empereurs et rois à l'ordre de
VOTRE ALTEZSE SERENISSIME A
des me chouette conte mon pere, le pere jij
qui a fait la croisade contre les turcs. Cest MON-
SIEUR Roi de France qui a fait la croisade en
ordre à VOTRE ALTEZSE SERENISSIME
SIME DE L'empereur romain basi l'assey. Il n'y
avoit pas de croisade sans l'autorisation

MONSEIGNEUR

DE VOTRE ALTEZSE SERENISSIME

Alors il a fait faire une croisade contre les turcs
qui estoient dans la péninsule d'Asie mineure.
Il a fait faire une croisade contre les turcs
qui estoient dans la péninsule d'Asie mineure.
Il a fait faire une croisade contre les turcs
qui estoient dans la péninsule d'Asie mineure.
Il a fait faire une croisade contre les turcs
qui estoient dans la péninsule d'Asie mineure.

DAVID MCCOLAS SERDOT.



3

EXERCITATIO THEOLOGICA EXEGETICA IN EPISTOLAM S. PAULI AD TITUM.



Uemadmodum *Augustinus* afferit, Ecclasiastico ministerio destinatis, oculos nunquam non habendas esse ad *Timotheum*, & ad *Titum*, Pauli Epistolas, utpote quæ de Pastoris Ministerii partibus agant; ita non abs re fore judicavi, si tanti Patris pium consilium, quoad fieri potuit, securus, ex hisce Epistolis, privatum saepe ponderatis, ordine ultimam, ad *Titum* perscriptam, ea potissimum de causa, ad Exegetici studii qualemque specimen edendum, seligerem, quod hanc ipsam nuper enarratam audiwerim.

Laborem igitur, gravem quidem, sed implorata Dei gratia superandum, aggressurus, hujus ante omnia Epistolæ argumentum ostendo, quod idem est cum illo utriusque ad *Timotheum*. Sicut enim Paulus *Timotheum*

A 2.

ex

ex Ethnicis conversum , libereque circumcisum , Ephesi reliquerat, quæ urbs Asiae minoris erat Metropolis: 1. Tim. I, 3. pariter etiam Titum , ex Ethnicis quoque conversum, sed quia ex necessitate id fieri postulabatur, non circumcisum, Gal. II, 3. maxime commendatum, 2. Cor. VIII, 16. - 23. elegerat, qui Cretæ, nunc Candia dictæ, Insulam , in Mediterraneo Mari commodissime sitam , peteret , atque Ecclesiis ibi natis præfset, ut Epicopus quidem , verum ab hodiernorum splendore alienissimus. Conf. Eusebii Hist. Eccles. lib. III. c. IV. In hac itaque Epistola , quæ Pastoralis est, primò ostendit, qualis Minister sit eligendus. cap. I. Secundò quid, & quomodo docere debeat cap. II. Tertio denique capite, ea quæ cap. I. & cap. II. inculcata sunt, magis prosequitur; data hac occasione , redemptionis , salutisque nostræ summam , tanquam adæquatum Christianismi & Ministerii fundamentum, describens.

Existimant Versionis Montana Auctores , hanc Epistolam videri ex Nicopoli Macedoniae scriptam, eodem tempore, quo ad Timotheum prima exarata est. Heideggerus, cum Vfforio & aliis, circa tempus monet, quia Actis Apostolorum perlustratis, nihil de Tito reperiatur, hinc posse concludi, scriptiōnem hujus Epistolæ, post priora Pauli vincula , adeoque post primam ad Timotheum contigisse; id quod eodem recidit.

IN CAPUT I.

Inscriptio a v. 1. ad 3tium inclusive duabus absolvitur partibus : in prima sibi Apostolus auctoritatem adstruit, Vocationem, ac fundamentum ejusdem indicans: in seunda Titum , ad quem scribit, vivis pingit coloribus. Et simul, mira divini Spiritus sapientia , ea statim tacite incul-

IN EPIST. AD TITUM.

culcat Tito, quæ ad pastorale munus; nec non Cretensi-
bus , aliisque Christianis, quæ ad communem in Christo
vocationem pertinent.

In primo *versiculo*, hæc notatu dignissima de Aposto-
lo ipso, vere regenito, ac vero pastore leguntur, quod se-
 $\delta\gamma\lambda\sigma\tau$ θεος vocet; non tantum propter Titum, sed & pro-
pter alios, qui, quatenus vere conversi etiam δοῦλοι θεος
sunt, hancque prærogativam cum Apostolo communem
habent. 1. Petr. II, 16. Hæc tamen appellatio hic non ita
generaliter sumitur, ut ad homines extra Ecclesiam appli-
cari solet, prout de Nebucadnezare dicit ipse Deus, quod sit
servus suus Jerem. XXV, 9. sed *speciatim*, & *proprie* de o-
mnibus vere regenitis usurpatur, qui utique a peccati ser-
vitute liberi, justitia Dei servi facti sunt. Rom. VI, 19, 20. Ve-
rū Epitheton istud ad tantam auctoritatem muniendam
nondum sufficiebat, qua velut Pater in jure constitutus,
filium de officio monere posset. Titus enim servus & ipse
ministerialis, ac omnes ceteri fideles servi Dei erant, licet
non eodem gratiæ inhærentis gradu. Quamobrem ad-
ditur: Ἀπόστολος Ἰησοῦς Χριστός. Miranda est *adversativa*, δέ, quæ
inseritur emphatice. Objicere quippe & Titus & Cre-
tenses poterant, se quoque servos Dei esse; ideo sic occu-
pat: quod non solum servus Dei sit, sed & Apostolus J. C.
ac talis quidem, qui non modo sinceri Christianismi ve-
ritatem salutariter imbibitur, jamque adultus, solidos ce-
perit cibos, propter habitum sensus habens exercitatos
ad discretionem boni & mali; sed & maxime, qui ad hoc
grave munus specialissime sit instructus & vocatus. Quam-
vis enim nomen hoc & aliis Dei servis, quibus tantum mi-
nime concessum, alicubi tribuatur ab ipso Apostolo; id
tamen fit alio sensu, minus stricte, & habito ad particula-

res Ecclesiastis respectu. Phil. II, 25. Certe enim fatendum est, Apostoli officium stricte sumptum longe majoris momenti fuisse. Quod ut dilucidus constet, vid. Act. I, 8. 0. portet, inquit Petrus, ex iis viris, qui nobiscum convenerunt toto tempore, quo Dominus Jesus versatus est &c. unum fieri nobiscum resurrectionis Christi testem. Quæ requisita sane peculiaria fuerunt. Imo cum duo statuerentur, qui debitissimis requisitis instructi essent, non Josephum, licet vere conversum, sed Matthiam sapientia æterna ad tam sublime munus destinavit. Cumque Christus post resurrectionem, amplius quam quingentis fratribus visus fuerit, nullus tamen eorum præter duodecim, ad Apostolatum, *κατ’ ξένον* talem, admissus est.

Licet autem de Paulo hæ maxime singulares rationes, præsertim secundum memoratas circumstantias spectatae, asseri omnes haudquam possint; nam ex duodecimi ordinariis non fuit, nec ita, sicut alii Apostoli, cum Salvatore in hoc mundo versatus est: hæc tamen requisita fuerunt alio modo compensata, ut Pauli munus peculiare quid habere in recessu, non vereamur affirmare. *Apostolus* quippe *extraordinarius* fuit. Si ergo extraordinarius Legatus in republica, res momenti gravissimi tractare solet: quidni & idem de Paulo affirmare liceat? & quidem eo magis, si primo ipsius vocationis modus ex stupendo processu divino Act. IX. Coll. Cap. XX. v. 16, 17, 18. 20. attendatur; qualis alii ministro vocando unquam contigisse, nullibi legitur: secundo, si insignes ad ipsum factas revelationes 2. Cor. XII. consideraverimus: tertio, si 1. Cor. XV. v. 8, 9, 10. pondererentur, ubi quidem se, cum aliis comparando, minorem ipsis duodecim facit, verum ex profundissima animi nihilum suum probe agnoscentis, submissione,

&

IN EPIST. AD TITUM.

& non tam præsentis, quam pristini status, ratione habita
v. 9. alias enim plus omnibus per Dei solam gratiam se la-
borasse, ibidem profitetur. At vero regnum Dei & ex-
cellentia ministerii in virtute & efficacia, non in externa
quadam specie sita est. Quo quis magis in Christo labo-
rat, pluresque lucratur animas, eo præstantior idem exi-
stit in regno cœlorum. confer. Rom. XV, 15, 16, 17, 18.
19, 20. &c. Quarto, ad vocationem Pauli plane peculia-
rem, magis magisque agnoscendam, notentur loca, quæ
ipsum magna cum emphasi *Apostolum gentium* prædicant,
licet & cæteri Apostoli gentibus Evangelii verbum sub-
ministraverint. Quinto denique plurimum hic facit affer-
tio strenua munera Apostolici, Gal. I, 1, 11, 12, 15, 16, 17,
18, 19, 20. Cap. II, 1, 5, 6, 7, 8, 9. instituta: Coll. I. Cor. XV, 1.
cap. XI. ubi ipsum non ab hominibus, sed a Deo solo in-
structum esse, satis liquet. Quæ omnia Apostolatum Pau-
li non solum extollere, sed ea quoque *Vicariatum Petri* in
sensu Pontificio destruere, obiter notandum est.

Nec sine pondere additur: *Apostolus Jesu Christi*; ut
nimirum insinuetur gloria & excellentia Novi Testamen-
ti, in quo Filius Dei non amplius ut *mediator exhibendus*,
sed tanquam revera *exhibititus*, *Apostolum Paulum* mittit,
qui ipsum evangelizet.

Verum enim vero, quia multi falsi Prophetæ atque A-
postoli erant jam tum temporis, ideo & Titi & Cretensi-
um confirmandorum atque excitandorum causa, funda-
mentum, seu *principium normativum* Apostolatus sui sapi-
enter subjungit: ἀπόστολος Ἰησοῦ χριστοῦ κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν
θεοῦ, i. e. non secundum voluntatem hominis, seu carna-
alem sapientiam, eorum instar, quos in hoc ipso capite
censere atque confutare vult; sed secundum veram, non
fictam,

fidam, vivam & practicam ipsorum fidem, quos Deus e^c legit, & qua Paulus ipse ad spem æternæ hæreditatis vi^c vam regeneratus fuerit.

Tanti momenti est hujus Epistolæ introitus, ut, qui eum recte mente assequi velit, totam Epistolam simul ponderare debeat. *Cretenses* pigerrimi ac maxime ignavi erant: stimulis igitur efficacissimis utendum ad eos excitandos; id quod fieri jubet hoc exordio. Tanta quippe horum verborum emphasis, *narrat πίστιν* &c. ut in *Cretensis* tacite excitare valuerit desiderium in tali fide ardenter crescendi, ad quam totum Ministerium tam Novi, quam Veteris Testamenti se conformet, & in qua electio ad vitam fundetur.

Additur sequentibus verbis declaratio: *ἐπίγνωσιν*, ubi *oppositio*, quæ in exegeſi præclarum suppeditare solet adminiculum, probe attendenda venit. *Cretenses* confines erant Græcis, qui sapientiæ laudem præ se ferebant; I. Cor. I, 22, ideo opus erat, illis ostendere carnalis ac divinæ sapientiæ discrimen genuinum, quantumque humanae cognitioni antistet spiritualis rerum divinarum agnitionis. Hanc itaque demonstrandam oppositionem egregie indicat primo vox, *ἐπίγνωσις*, quæ minime naturalis est est notitia, studioque humano acquisita, sed intime conexa, ut hic patet, cum *πίστι*; quæ fides cognitionem, assensum & fiduciam, non nisi ex Spiritu Sancti illuminatione supernaturali atque efficaci operatione, agnoscit, ut, præter infinita Scripturæ loca, ipsa fideles docet experientia. Vide vel unicum locum ad Eph. I, 19. II, 8. nec non Luth. Catechismum min. art. III.

Observamus porro, vocem hanc *ἐπίγνωσιν*, compositam esse, qua non simpliciter theoreticum, seu mere objectivum quid,

quid, sed affectiva agnitione, persuasio ac convictio denotatur. Quo ipso fortissime animos Cretensium compellere vult, si forte gloriari voluerint ac dicere, cur tanta prædicaret de γνῶσει, se etiam doctos esse, & γνῶσει gaudere: tum enim tacite quidem, sed efficaciter regerebatur: Vos habetis γνῶσην, scil. humanam, verum ἐπίγνωσην, quæ longe sublimius quid est, ex propriis viribus consequi non potestis. Quanquam & γνῶσην cognitioni naturali simpliciter opponere suffecisset, quæ vere & theologice talis, prout a Christo, a Prophetis, & ab Apostolis sæpe usurpatum, jam tale quid denotat, quod ab omni eruditione, seu sapientia humana, toto coelo non tantum differt, sed & corruptæ illius indoli e diametro opponitur: ut 1. Cor. I, 5, 6. 2. Petr. I, 5, 6. Conferatur Salom. *Glasius Rheticæ Sacræ p. 357.* in illud ad Phil. II, 9. *Charitas exuberet in agnitione (ἐπίγνῶσει) & omni sensu (αισθήσει)* scribens: *Agnitio hæc est via fides in Christum Tit. I, 1, 2. Job. XVII, 3. Esa. LIII, 11. eam comitatur αἰσθητις, sensus, b. e. experientia interior animæ, seu interius Sp. S. in corde testimonium, de gratia Dei, & adoptione ad salutem: de quo Rom. V, 1, 5. VIII, 16, 17. XIV, 17. Hebr. V, 14. Constat itaque, Paulum vocem ἐπίγνωσεως in hunc finem adhibuisse, ut mundi sapientiam prosterneret.*

Secundo ipsa, de qua solliciti sumus, *oppositio* patescit ex objecto τῆς ἐπίγνωσεως, quod est *ἡ ἀλήθεια*, quæ hic non tantum logice, vel objective, sed etiam subjective, theologice, practice, atque ita specialiter sumitur. Paulus quippe, suam Apostolicam afferens autoritatem, philosophari non debuit: 1. Cor. II, 5. Nec deinde, si veritatem *mere objectivam* proposuisset, satisfactum esset officio: nam ita fese magis non commendasset, quam Bileam, qui quidem mysteria fidei proferret historice, sed nihilominus hostis

veri Israels esset. Aliud ergo, quam huma num quid, per τὴν ἀληθείαν intendit, quod i supernaturale, mere divinum, subjective & efficacissime sit efficiens; quod plus sentitur intrinsecus, quam exprimi aut demonstrari possit, extrinsecus; quod plus convincat, certiore que animum reddat, quam si omnia doctissimorum argumenta accumularentur. Uno verbo, hic de veritate agitur, quæ virtute singulari, eos omnes vere liberos efficit Joh. VIII, 32. qui ipsi ex toto corde adhærent. Vide omnino Apoc. XXI. ad finem. Ut enim ibi mendacium, quod damnandi faciunt, omnia mala, quæ patrari possunt, complectitur; ita vi oppositionis concluditur, veritatem id omne bonum, (Joh. I, 17.) quod in sincera conversione ac renovatione, integra sentitur, atque in praxin fideliter reducitur, connotare. Optime ergo veritatem in Christo Eph. IV, 21. vertit Lutherus: *ein rechtschaffenes Wesen. Quem imitati Doctores Theologi, imaginis divinæ restabiliendæ rationem in ipsa veritate merito ponunt.*

Tertio tandem oppositam *carnis & spiritus sapientiam*, indicat articulus emphatice postpositus cum *determinatione*, τῆς νατ’ ἐνοτέλειαν. Quæ ipsa oppositio aptissime veritatis agnitionem determinat, contenditque, ita cum illa comparatum esse, ut tota quanta est, non solum pro fine, sed etiam pro perpetua atque finali norma pietatem agnoscat, ad quam se sine ulla exceptione conformet, secundum quam se totam dirigat, quam tam in fieri, quam in esse, semper respiciat, & ad quam denique naturali propensione, tanquam ad suum centrum, tendat.

Quocirca hic textus, quoniam salutis nostræ mysterium nervosissime sistit, exponitque fidem Evangelicam, adeo

adeo nonnullis placuit Theologis, ut hanc definitionem Theologiæ, vel, si mavis, Christianismi, esse optimam statuant. Constat enim omnibus partibus perfectæ definitionis, petitæ scil. ab ipsa re, objecto, & fine; qui finis v. sequenti subjugitur: *ἐν ἐλπίδι &c. sub spe, seu ad spem vite eterne*, ad quam Petrus dicit nos regenerari, 1. Petr. I, 3. Quibus paucis verbis optime fidelis animus exprimitur, qui Theologiam, seu doctrinam Christianam, non modo ut disciplinam externam respiciens, ipsam intimius recipit, nec non ejusdem vim precibus continua, meditatione ac tentatione experiri pergit prudenter, ita ut spes viva oriatur magis magisque, & orta stabiatur. Quantum sit bonum spes hæc, vel exinde liquet, quod Petrus loc. cit. eam tanquam regenerationis effectum ac finem proponat.

Indole ac fine *πειρωτῶς τῆς ἀληθείας* præmissis, sequitur *adjunctum*, quo ratio exprimitur, sub qua versatur agnitus veritatis; Dei nimirum promissio, qui insigniter prædicatur *ἀψευδής*, ut omnibus hominibus Ps. CXVI, II. & idolis oppositus sit. Atque isti egregio apposito annexitur aptissima occupatio: ne quis enim suspicaretur, hanc doctrinam vel falsam, vel novam esse, ait: *ante tempora secularia promissam esse*, hoc est, secundum D. Flacium, statim ab initio in paradyso, antequam ullum seculum effluxisset, cum Judæi & Gentiles in nulla essent differentia, atque in uno Adamo simul existentes, æque benedictionem primævam acciperent. conf. 2. Tim. I, 9. Verum, ut bona illa maxima, quæ promissa sunt, eo magis exhilarant, atque ad grati animi testificationem laudesque excitant satis efficaciter; pergit Apostolus mentionem *medii*, per quod ipsa bona realiter exhibeantur, attingere spe-

cialius. Hinc ex abrupto, & cum celerrimo affectu, quem
 colon loco puncti, alias ponendi, innuit, subjungit: ἐφανέρω-
 τε δὲ. Hic profecto tanta æmulatio latet, ut facile exprimi
 non possit. Et idem est, ac si forte dixisset: Promisit
 Deus spem æternæ vitæ Adamo, Patriarchis ac populo
 Israelitico; ipsi vero & fidelissimi quique non nisi e longinquo,
 & anxiis cum suspiriis hoc ineffabile bonum ex-
 pectare dubuerunt, ut Hebr. XI. docetur. Adversativa igi-
 tur hoc vult: ecce, Deo ter Optimo Maximo sit laus &
 gloria, mihi indignissimo olim peccatori, Tibi Tito, vobis-
 que Cretensibus, qui ex populo Dei non eratis, longe ma-
 jora reservata sunt, quam vel Abrahamo vel pientissimis
 Patribus, ipsisque foederis antiqui heroibus! laudate me-
 cum Deum, gratias ei semper agite, propter inenarrabili-
 lem ipsius in nos omnes misericordiam! En! Patet fecit
 nobis, quod olim promiserat, nempe suum de hac spe vi-
 ta æterna verbum Evangelicum, quo id ipsum bonum,
 quod antea multifariis velis in Vet. Test. operum, & in
 Gentilismo plane absconditum erat, præsentissimum nobis
 factum est; non tantum oblatum, sed & vere collatum, at-
 que Spiritu S. obsignatum. Observatu dignissimum pu-
 to, quod adjicitur: καὶ ὅτις ἴδιος, hoc est, quando Sapientis-
 simo & Optimo Deo visum est, non nobis, quorum rationes
 Jehovæ consiliis, & tempora temporibus contraria sunt
 Es. LV, 8, 9. propriis DEI temporibus, quæ sibi DEUS reser-
 vaverat. Act. I, 6, 7. Nam suas Christus horas ac tempora
 habet. Maria, licet Jesu Christi mater, sui filii tempora ho-
 rasq; nesciebat; nec Mariæ aut discipulorum erat, vel tem-
 pora DEO assignare, vel saltem curiose de illis inquire-
 re Act. I, 7. Suo justissimo consistunt æquilibrio omnia
 æterna Sapientiae decreta. Nec ulla, nisi in peccatore, con-
 fusio.

fusio. Quemadmodum ergò Deus impletis *suis temporibus* misit Filium: sic singula facienda, etiam minutissima, quæ ad uniuscujusque spirituale bonum pertinent, absque curis seu consiliis creature*propria*s** implebuntur, & quidem suo tempore. Modo vigilet, atque ordini divino subiectus maneat homo, certissime omnia bene facientem Jesum experietur, depravata licet ratione alia prævidente, alia cogitante, atque expectante, sive concludente.

Additur porro modus, quo tantæ gratiæ Evangelicæ ministerialis oblatio exerceatur, ἐν ἀηρύματι, per præconium; quod, ne contemnatur, sed ut grato potius animo accipiatur, anne cit Auctor: ὁ ἐπίσευθην ἔγω, vel si græcismi nervus perspiciatur, quod concreditum mihi esse, conscientius sum: & quidem non ex humano consilio, vel favore, sed præordinante ac prædestinante ipso Servatore nostro, qui sic per me verbum dispensando, non nisi cogitationes pacis erga mundum sovet.

Peracta descriptione sui, Apostolus apponit emphaticè talem, quæ ipsi Tito maxime conveniebat. Vocat eum, uti i. Tim. I, 2. Timotheum vocaverat, germanum seu genuinum in communi fide filium; γνησίῳ τέκνῳ κατὰ νοινήν πίστιν. quia scil. eum ad mentem divinam genuerat, eo modo, quo se Corinthiorum & Galatarum patrem profitetur, suo ministerio in spem æternæ vitæ genitorum.

Votum v. 5. contentum epistolis quidem ceteris commune est, peculiare tamen animadvertisit, quod ἐλε^ό in solis epistolis ministerialibus (videatur i. Tim. I, 2. 2. Tim. I, 2.) inseratur. Paulus per τὸ ἐλε^ό omnem sive crassum sive subtilem in Theologia Pelagianismum prostratum vult, innuitque rationem, qua expetendæ sint vires ac dona spiritus, ac recte munere pastorali fungendum, in quo nihil

hil aliud, quam pura DEI misericordia, quæ sola ministrum fidelem efficit, respicienda est. Gratia, χάρις, ad justificationis, & pax, εἰρήνη, ad renovationis conservacionem pertinet. B. *Lutherus* ex hisce votis solet argumentari pro Deitate Christi; continent enim effectus mere divinos.

Inscriptioni, & voto subjungitur *Narratio*, v. 5. occasionem caussamque epistolæ scriptæ ostendens; quæ hæc erat, ut commonefieret Titus, apud Cretenses hunc infinem relictus, ut quæ corrigenda supererant, sedulo corrigeret, Presbyterosque oppidatim constitueret. Particula ὡς, modum indicat maxime observandum, qui deinde fusius proponitur. Pertinet hic textus, ad signa s. notas, quæ requiruntur ad munus Ecclesiasticum digne subeundum.

Horum characterum, magnis emphasisibus appositorum primus est, ut Candidatus dignus, sit ἀνέγυλητος, ut culpa ei non adhæreat, quæ merito in ipsum devolvi queat. Secundus, ut sit μίας γυναικὸς ἀνήρ. Cujus rei ratio ex Historia Ecclesiastica petenda est. Videatur *Chemnitius in Exam.* C. T. Sess. Oct. de coelibatu Sacerdotum, & de Digamia Sacerdotum; ubi ex Hieronymo & Chrysostomo docet, Paulum respicere & Græcos & Judæos, apud quos plures uxeres simul eodem tempore concedebantur. Unde & *Theophylactus*, id repetens, interpretationem hanc habeat: *Si duxerit uxorem Episcopus, unius sit, non multarum maritus.*

Non ergo ex hoc requisito concludendum, aut necessarium fuerit, ut Minister admittendus, vel unam uxorem habeat. Nec quoque Ecclesiæ Græcæ sententiam urgeamus, interdictum hoc Paulinum eò extendentis, quasi nem-

nempe Presbyter , mortua prima uxore , secundas cogitare nuptias minime, sed reliquos in viduatu annos transigere debuerit. Paulus enim Judaismum atque Ethnicismum potius , rationemque illius temporis respicit. Videlim igitur, in Exegeſi multa esse dijudicanda ex Historia , & nonnunquam tritisſimum valere axioma : *Distingue tempora, & concordabit Scriptura.*

Tertiam Notam constituit, *τένα πιστὰ ἔχειν.* Hic per liberos fideles non tantum intelliguntur, qui religionem Christianam externe profiterentur , sed etiam qui præter hoc in *πισταίς* sinceritatem testarentur , & in vita moribusque tale revera exemplum præberent , quo ceteri omnes ædificarentur , & ad genuinam pietatem excitarentur. Quid per *πιστὰ τένα* velit Paulus, in oppositione declaratur, quam Graecus indicat textus: sic *πιστά*, ut non sint *ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίαις*; non modo a luxu abhorrentes, sed ne hujus quidem criminis de jure accusati. Si autem id liberorum, quanto magis presbyteri requisitum esse debet ; qui si laboraverit infamia, satius est, ipsum a ministerio sponte abstinere, nisi vel innocentiam suam demonstret , aut publica vitiorum confessione, atque emendatione manifesta, vere mutati animi poenitentiam declaret. Ita olim *Augustinum*, cum is flagitiis olim indulſisset, postea illorum poenituit tantopere, ut de pristino statu pefimo verba facere , & scribere non dubitaverit contritissimus.

H̄ *ἀσωτία* est vitium, ebrietati non solum aliisque crassioribus moribus impositum, sed & generaliter capienda vox de omnibus, qui sensus suos, animumq; regere ac repte moderari nesciunt, atque ita non minus ad sacram devotionem rite excolendam, quam ad studia, aliaque fo-

lide

lide tractanda inhabiles sunt. Nec mirum certe est, Dei verbum tam clare & nervose inculcatum fructus nihilominus plerumq; adeo exiguos in hominibus edere. Quid aliud in caussa est, quam divagatio sensuum animique levitas, quasi puerilis, qui prava ductus concupiscentia, per quævis objecta distrahitur? Frivola quidem res hæc insano Mundo videtur, sed satis proh dolor illi experiuntur, quibus emendatio animæ sanctior cordi est, quam dolorifica expergefactæ conscientiæ vulnera infligat hic *άσωτιας*, subtilioris & infirmioris etiam morbus.

Exstat porro, quid per *τένα πιστα* intendatur, nempe μὴ ἀνυπότακτα. quæ vox è tribus composita, non subiectos significat, qui nulli volunt ordini subjici. v. 10. optime notavit in margine Beza, sic proprie dici, boves, qui jugum subire nolunt. Ignatii, Clementisque epistolæ multum habent hac de re, monstrantque satis, in & cum verbo Dei submissionem seu obedientiam, veri Christianismi κερτήσιον esse. Ordo iste Apostolicus omnino alias est, ac vulgo in Ecclesiis atque Academiis agitur, ubi libertatis abusus tam horrendus invaluit, ut quot capita, tot sensus sint, & quisque ex arbitrio suo vivere velit. Nam vero qui reipublicæ Christianæ inservire vult, nec prius subjici vel obedire didicit, quomodo ille ab aliis aliquando postulabit, quod ipse suo denegavit tempore? Profecto, sine obsequio, uti Respublica, ita Ecclesia cadit necessario: & qui subjectionem renuit, & Spiritui Christi, & naturæ ipsi repugnat.

Dixerat Apostolus: *Si quis est inculpatus*: hic v. 7. hujus requisiti necessitatem non sine urgente caussa iterum inculcat, peculiari utens *medio termino*: Si presbyter est *dispensator ipsius DEI constitutus*, sequitur, debere esse ipsum inculpatum.

Spe-

Specialius exinde removentur vitia, a quibus maxime DEI minister abhorrere debet. Primum inter hæc locum obtinet *ἀνθάδεια*, primæ in Proverbiis Salom. præceptæ virtuti cap. I, 4, 5, 7. e diametro opposita; qua nimurum sibimet ita placet homo, ut salutarem quilibet correctionem ex superbia reciciat, vel saltem censuram penes animum admittere recuset: confer 2.Pet. II, 10. nec non 2.Tim. III, 2. ubi *φιλαυτία*, ut quæ alia τῆς *ἀνθάδειας* Synonyma antecedat, ponitur, cum præmissa peculiari temporis ratione, ἐν ἑσχάτᾳ ἡμέρᾳ; qua innuitur, de hominibus in ultimis hisce seculis speciatim hoc loco dici; &c. præcipue quidem Theologiæ cultoribus, quod *φιλαυτία* maxime laborent: quæ tamen, si Jesu Christi crucifixi sapientiam, unice salvantem, penes animum experiri velimus, omnino deponenda est.

Remota *ἀνθάδεια*, tanquam radice omnis mali, rivuli fructusque ejusdem absinduntur; a quibus singulis re-censendis, brevitatis causa abstinemus. Haud tamen prætermittimus, emphatice repetitam particulam negativam: *μη, μη* &c. qua singularis Apostoli sollicitudo, circa singula hæc Pastoris requisita, designatur.

Quæ removeri Paulus vult vitia, vidimus. Jam ad virtutes, quarum prima est, ut futurus Presbyter sit *φιλόξενος*, hospitalis, extraneos excipiens; de quo passim in Novo Testamento præcipitur. Hæc peculiaris erat Ecclesiæ primitivæ virtus, quod extranei adventantes exciperentur, & pastorum ædes simul hospitia ordinaria essent: proprium quippe Presbyterorum fuit, hunc in finem hospites agere, ut egregia occasione data, hospitio exceptos cibis etiam spiritualibus pascerent. Conf. i. Tim. III, 2. i. Petr. IV, 9.

C Adjun-

Adjungitur, Φιλάργαθος, qui ex animo aliis benefacere amat; vel potius, qui omnes bonos piosque diligunt: uno verbo, bonorum amans. Vertit quidem Erasmus, bonarum rerum studiosus, nec inepte; interim, plerique interpres objectum ejus, qui Φιλάργαθος sit, referunt ad personas.

Circa σώφρωνα, temperantem, sobrium, nervus vocis accurate perspiciendus est, quem qui recte capit, haud minimam Theologiæ partem intelligit. Primo σώφρων non certe ille est, qui tantum in externarum rerum, ad corpus pertinentium, usu, modum servare novit; sed qui ita se continere didicit ex vera poenitentia, ut ab omnibus vaniloquiis, alioque subtiliori veneno, sensus, animaque depravante, abstineat, fidei & pacis spiritualis gustum adeptus. σώφρων, deinde idem significat, ac compositæ mentis esse, ita ut rectum quis in discrimine rerum adhibere valeat modum, ac judicium, nec sapiat ultra mensuram, quam divinitus concessam ipse expertus fit. Rom: XII, 3. Bene quidem vertit Lutherus züchtig; sed tamen notandum, ipsum per vocem *Zucht* virtutem, non sexto præcepto solum, ut vulgo Germanus accipit, sed maxime τὴν ἀυθαδεῖαν oppositam intendere, qua omnia in debito ordine, justa mensura, seu æquilibrio servantur. Felicius reddidisse videtur Gallus, *Sage*: quæ vox, & in judicio & in voluntate rectitudinem optimam tenere, significat. Quin imo tantæ latitudinis illa est vox, ut δίκαιος, ἄστοις, ἐγκρατῆς complectatur.

Ad quos ultimos characteres animadvertisimus, δίκαιος, justum, pro objecto alios homines relative agnoscere; ὄστιον, ad ipsum Pastorem referri quidem, cuius & caro & spiritus omnino in sanctificatione conservari debent: 2.

Cor.

Cor. VII, 1. sed hic tamen ad Deum maxime respicere,
 coram quo ita Presbyter ambulare debet in omni timore,
 atque integritate, sicut olim Abrahamus ut eum nunquam non sibi propitium seu faventem habeat. ἐγκατῆ au-
 tem, magis proprie ad hominem, intra se spectatum, ter-
 minari seu pertinere. Η ἐγκατεῖα, si vis vocis penitus ob-
 servetur, internum robur, in spirituali etiam acerrimo
 certamine adhibitum, significat; si, e.g. in aliquem pravi
 carnis appetitus irruant, & vehementer ipsum afficiant,
 requitur sane, ut divinum ille robur seu ἐγκατεῖα ex fide
 præstet, hostibus spiritualibus opponendam. Virtus hæc
 Apostolis familiaris 2. Petr. I, 6. non in uno consistit actu,
 sed in masculo habitu, repetitis ac continuatis conatibus
 per gratiam acquirendo. multa quidem pro illa *continen-*
tia argumenta humana suppeditat Ethica Gentilium, at
 vero præter umbram solam nihil. Solus quippe Sanctus
 Spiritus veram ἐγκατεῖαν, aliarumque omnium, quas co-
 gitare potes, virtutum rationem in cordibus efficere pot-
 est per fidem, in sincera Spiritus paupertate. Quis ergo
 non videt, maximam studiorum laborumque omnium
 benedictionem in divina ἐγκατεῖα sitam esse, qua studi-
 osus vere Christianus vel fortissimos iracundiae, voluntati-
 &c. affectus, erumpere conantes, superare, atque infini-
 nos, quibuscum in vita luſtandum ipsi est, Gigantes,
 tanquam funda Davidis, id est, fide prostertere didicit?
 Præmissa notarum, ad Pastoris vitam spectantium, de-
 scriptione, quoad doctrinam seu theoriam v. 8. requiri-
 tur, ut sit tenax τῷ πιστῷ λόγῳ. Αντεχόμενος emphatice po-
 nitur, qui doctrinam non modo quoad thesin, sed etiam
 quoad antithesin probe teneat. Quod ipsum antithesin
 tractandi officium, & ad credenda, & ad agenda spectat;

ita ut ille, qui Christi doctrinam contra adversarios afferre, & docere vult, ipsam quoque veritatem transferendam esse in praxin, adversus omnes contrarium sentientes, urgere debeat. Evidentissime & cernitur hoc concluditur ex verbis immediate sequentibus, ἵνα διδασκός ή πατέρα παραπλεύειν τὴν διδασκαλίαν τῆς ὑγιανθρώπου, καὶ τὰς ἀντιλέγοντας, tam agenda, quam credenda oppugnantes, ἐλέγχειν. quae verba recte in connexione ponderata, officium, exercendæ antitheseos, omnino & practicum esse, ostendunt.

Plura in hoc versiculo g. merito attendenda sunt emphatica. Evangelium dicitur πατέρος ὁ λόγος, effectum nimirum producens, quem pollicetur. Modo quis enim poenitentiae viam ingrediatur, atque ordinem Evangelicū sequatur fideliter; experietur id certissime Joh. VII. v. 17. Nec alia via datur, qua ad munus pastorale subeundum quis διδασκός fiat, quam si efficacia doctrinæ sic admittatur, ut etiam custodiatur. Alias & ipsi pastores manent διδάσκαλοι, ac nolæ tinnientes, æsque resonans. I. Cor. XIII, 1. Per τὸν πατέρα διδασκόν, autem nihil aliud vult Apostolus, quam quod conditio τῷ πατέρῳ λόγῳ, in hoc sita sit, ut τὸν πατέρα διδασκόν probe observetur. Multi quidem Dei verbum legunt, ejusdem vero efficaciam non experuntur, quia conformiter ad verbi normam sese non gerunt, nec ipsi doctrinæ ordini obtemperant. Docent etiam multi, sed quia consilium Domini ipsi non experti sunt, nec in eo manent agendo ac docendo; mirum non est, quod auditores suos non convertant. Jerem. XXIII, 22. Eiusmodi auditoribus seu lectoribus ac Doctoribus, per τὸν πατέρα διδασκόν significatur, ipsos in culpa esse, nequaquam autem verbum, ὁ λόγος enim non aliter πατέρος est, quam

quam secundum ipsam doctrinam: cui tanquam formæ coelesti, docilis anima immittenda est, quasi fusile, ac liquefactum metallum, quod formam typi sui eandem accipit ac refert. Rom. VI, 17. Copula καὶ, τῷ παρακαλεῖν præposita, sua peculiari emphasi indicat, in eo vim ac indolem ministerii consistere, ut rectas salutis vias Pastor ipse ingressus, ad easdem auditores conducat, ac eos κατὰ διδαχὴν, ad cuius typum ipse formatus est, iterum fideliter informet. conf. 2. Cor. IV, 6. Quid autem τῷ παρακαλεῖν ἐν διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαγόσῃ sit, 1. Cor. II, 4. explicatur, ubi requiritur non tantum demonstratio Spiritus, ut secundum mentem Spiritus S. doctrina & capiatur & proponatur; verum etiam demonstratio potentie, per quam non tam miracula ab ipsis Apostolis, cum prædicatione verbi edita, (neque enim tam de extraordinariis, quam de ordinariis effectibus loquitur Paulus) quam ipsa verbi efficacia, & dona sanctificantia intelligenda sunt. Sensus itaque verborum potius est, quod ille, qui docet, & mentem spiritualem, & robur divinum habere, ac præstare docens debeat. Quamvis enim ipsa Dei verbi potentia ab hominibus docentibus non pendeat, quod statuere, *Donatismum* referret; tamen, qui docentis gerit partes, nisi illam ipse expertus sit, non erit is potens in rebus urgentibus, quarum experientia destituitur: atque hinc curādæ mentium sanitati multum subtrahet, quod iis debebat, neque in difficultatibus spiritualibus verbi fidelitatem satis expedire, aut contra tentationes defendere poterit. Atque ita per vocem ὑγιαγόση totius doctrinæ indoles ac scopus ostenditur proximus, qui adæquate & unice hic est, ut homines tam in credendis, quam in agendis, ad spiritualem sanitatem reducantur.

Succedit nunc v. 10. & sequentibus altera hujus capituli pars, qua describuntur veritatis & pietatis hostes; continetque illa tum descriptionem seductorum, tum mandatum eis resistendi. Cohæret autem versiculus hic decimus, cum præcedentibus, tanquam ratio & causa in prædicatione. Quia enim dixerat, oportere ministros esse idoneos, & ad redarguendos adversarios; hujus requisiti summam necessitatem sic demonstrat: *ἴστι γάρ πολλοὶ αὐτοί ταῖς, refractarii* (vid. v. 6.) qui quidem pro Christianis haberi volunt, sed veritati voluntatem recusant submittere, maxime *οἱ ἐν περιουσίᾳ*, qui plus orthodoxiæ præsse ferre contendebant. Contra hos & similes Elenchum adhibere legitimum hanc ob caussam jubet, quod non sibi met tantum, sed & aliis noceant: *ὅτινες δὲ οὓς εἰς αὐτούς περιβαλλοῦνται, schismata scilicet, contentiones ac divisiones fraudulentis vaniloquii suis excitando.* Si igitusmodi Gnostici vel scioliti, poenitentiæ integrioris agendæ moneantur, cito faciliorem ad coelos aditum sibi fingere neverunt, nec sua contenti pernicie, ceteros in funestissima retia attrahunt; lætos certe, quod falsi dentur Apostoli, qui panis seu turpis lucri gratia, quæ carni grata sunt, concionentur. Perversi enim homines, lubenter de suis opibus largiuntur, iis, qui pravos ipsorum appetitus non modo non castigant, sed & potius publice defendunt approbantque.

Porro specialior, & ad scopum magis pertinens *applicatio theses ad hypothesin* v. 12. sequitur, in quo totius *Cretensium Gentis* reprehensio subjicitur peculiaris, recitato *Epimenidis versu* hunc in finem confirmata, ne vitia nominata a Paulo malevolentia quadam, aut suspicione confungi viderentur. Non autem *Prophetam* vere talem inteligit, sed *εἶπε*, inquit, *ἴδιος αὐτῶν προφῆτης*; quem ipsi *Cretenses*

INTERIST. AD TITUM.

22

tenses Prophetae habebant, sicut Poëtæ Ethnicorum *Vates* vocabantur. Si quis objiciat, supra locutum de Judæis Apostolum, nimis jam saltum facere ad Cretenses: ad hoc respondetnr, minime exclusis aliis ipsum dixisse, μάλιστα ἐν περιτομής. Deinde non omnes Judæi tantum advenæ erant, sed multi Cretæ nati, atque educati, mores atque naturam Cretensium sub uno climate facile induerant. Contra hos vult Paulus, ut Episcopus vigilet, iisque vi Spiritus, conscientiam convincente, os obturet. Tantam τὸ ἐπιστολὴν habet emphasis, ut merito ex ea admirari diceat, quanta vis ac sapientia in Presbyterio requiratur ad strophas, vel astutissimi mundi, elidendas.

Apponitur v. 13. ab ipso Paulo citati Poëmatis confirmatio. Ex naturæ quippe peculiari propensione fiebat, ut mendaciis, aliisque virtus maxime indulgerent. Naturalia vero ita comparata sunt, de quibus Poëta vera quædam scribere potuerit.

Præmissæ confirmationi annexetur mandatum, quod tales arguendi sint, & quidem ἀποτόμως, præcise; sicut putrida membra sine misericordia, quæ in tempestiva es- set, rescinduntur. Finis correptionis subjungitur, non legalis tantum, vel Spiritu Evangelico destituta, sed talis, ἡ αὐγανώσιν ἐν τῇ πίστεi. Sicut Chirurgus, saepius & exacte vulnera purificat, ut sanentur; ita Pastori ἀποτόμως continuandus est verus legis & Evangelii usus, si sanitas in ægrotis animabus sequi debeat. Non contemnenda est observatio, τὸ ἐλέγχειν non solum in confutandis circa credenda adversariis, ut vulgo fit, adhiberi; sed & ita late in Scriptura Sacra sumi, ut ad correptionem circa agendā quam maxime pertineat. Quod vel ex v. 12. 13. 14. 15. 16. apertissimum est. Conf. Tit. II, 15. Joh. XVI, 8, 9. &c.

V. 14.

V. 14. eorum notatur conditio ac ratio (per τὸ μὴ προσ-
ίχουτες τοῖς ἀδαιμόνις μύθοις, καὶ &c.) qui elenco spirituali
animas suas ad sanitatem adduci patiuntur : conf. I. Tim.
I, 4. cap. IV, 4. & VI, 4. 20. deinde affertur caufa, ob quam
fabulis & mandatis hominum aures præbendæ non sint;
quia qui illis ducuntur, sunt ἀποτελέσθαι τὴν ἀληθείαν. Non-
nulli interpretantur active, alii passive; si active reddatur,
media vox erit, & tunc sensus est; illorum mandata atten-
denda non esse, qui veritatem aversantur, vel qui spiritua-
lem verbi divini mentem respuunt, vel pervertunt. Si ve-
ro passive, tunc intelligenda ellipsis est: & sic significatur,
iterum tales homines ideo nequaquam audiendos esse,
quia perversi seu potius aversi quoad veritatem, & illumina-
tionis gratia destituti; ipsum DEI verbum, seu coele-
stem doctrinam, non possint non pervertere, διδάσκοντες ἀ
μὴ δεῖ. v. II.

Sicut antea auditores subjecti, circa quod Episcopi cor-
reptio locum habere debet, rationem potissimum sustine-
bant: ita versiculum 15., ipsos docentes vel maxime respi-
cere, contextus satis innuit. De his igitur potissimum
affirmat, quod tales, quales v. 14. notavit, primo μεμα-
τέοντι, qui quidem Christianismi doctrinam suo modo ha-
beant, sed quos nihilominus animum pollutum contra-
doctrinam fovere minime pudeat. Secundo ἀπιστοι, qui
τὸν κατὰ τὴν διδαχὴν πιστὸν λόγον, quem ipsi non experti
sunt, nec auditoribus suis integre inculcent, nec inculcare
possint ita, ut omni ex parte sufficienter oportet ὄρθοτομεῖν
τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. 2. Tim. II, 15. Quem fontem omni-
modæ perversioris seducentium ut eo magis palam fa-
ciat Apostolus, a descriptione subjecti quod, transit specia-
tim ad descriptionem subjecti quo. καὶ ὁ νῦν, καὶ ἡ συνείδησις.
Ubi

ubi particula *nā*bis, ut supra v. 9., posita magnam habet emphasin. Jam quippe locutus erat in praecedentibus de iis, quibus ob pollutam conscientiam fides habenda minime esset. Nunc autem hic additur, quod non solum conscientia ejusmodi doctorum ex parte voluntatis, sed & intellectus pollutus sit. Nec profecto fieri aliter potest; qui enim puram ἐν τῷ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστῷ λόγῳ conscientiam non servant, ipsorum intellectum, seu mentem, etiam perverti ac corrumpi, necesse est. Volunt quidem ἐναγκαῖον διδάσκαλοι, verum sive poenitentiæ partes, contritionem & fidem, sive alia ejusmodi religionis Christianæ puncta proponant, tunc quatenus adversum talia polluti sunt, μη νοσοῦ, μήτε ἀ λέγοσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιῶντας. I. Tim. I, 7.

Per voces: πάντα καταρά, res quidem in se ipsæ indifferentes intelliguntur, sed impuri doctores id, quod alias purum est, sibi impurum faciunt. Propterea necessarium esse, subiunxit Apostolus, ut talibus in talibus, quæ contra Spiritus Sancti mentem traduntur, non obtemperent ex Cretensibus conversi. Hocque confirmatur v. 16. cuius sensus hic est: Professione quidem apparent, ac si Deum cognoscerent; si autem inspiciatur vis fidei atque efficacia, tum abnegant, reapse, quod profitentur. Describuntur isti, seducti & ieduentes, überius; cum dicuntur ἀτεθάσι, qui adversus sanæ doctrinæ stimulum semper recalcitrent: ἀδόκιμοι, quæ vox saepius usitata per contrarium magis elucessit. Ut enim δόκιμο ille est, qui habitum acquisivit, probatusque in certa re est: ita consequenter ἀδόκιμος censetur, qui habitu vivæ fidei ac charitatis fuerit destitutus, nec probatus. Confer. Rom. I, 28. I. Cor. IX, 27. I. Cor. XIII, 5, 6, 7. 2. Tim. III, 8. Hebr. V, 6. 8. Non quidem sat is assequi hanc significationem Latini videntur; reddi tam



men forte poscit, inepti, & quidem προς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Per quod bonum opus, quia ministerii negotium maxime intelligitur 1. Tim. III, 1. merito concluditur; neminem, animæ suæ consulturum, pravis magistris obsequi debere in rebus malis.

IN CAPUT II.

Antea, capite primo, generatim Paulus Ministri ecclesiastici officia descripserat: nunc capite secundo speciatim, ad ipsum Titum sermonem dirigit, cui ostendit, quid, & quomodo docere debeat. Quæ tractatio nec superflua videri debet: sed potius affectui Paulino id omnem tribuendum, qui in re gravissima, erga Titum longe ferventissimus est. Hinc enim est, quod mutatis respectibus, repeatat jam antea dicta. Potissimum vero agitur de modo, dogmata cum ipsa praxi inculcandi, atque ita auditores, ad sanctimoniam quavis occasione excolendam, ex verbo divino instruendi.

Versu igitur 1. Paulus, Titum alloquens, & in theoria, & in praxi eorum applicationem fieri jubet, quæ in priori capite præcepta sunt: σὺ δὲ λάλει, ἀπέπει τῇ ὑγιαντίᾳ διδασκαλίᾳ. Quibus verbis, & quidem sæpius cap. I.v. 9. &c. iisdem positis, primo innuitur, hunc Apostoli laborem fuisse maximum, ut homines, sanæ doctrinæ ignaros & impatientes, recte eadem imbueret: secundo quidem, doceri posse principia naturalia vera, atque in se bona, quæ tamen hoc sensu sana non sint, ut animum sanare nostrum valeant. Doctrina quippe, quæ theologice, & efficaciter sana sit & salubris, omnino supernaturalem indolem habere debet, quam in sola Apostolica licet reperire.

Con-

Conformiter itaque ad sanam doctrinam Tito docendum est. v. 2. πρεσβύτας ὑποθαλίσει ἄνα, id est, non externa tantum, sed interna potius, & ex renovatione per fidem fluente sobrietate imbutos; qua cum si externa conjungatur, tum vera σεμβότης oritur. σώφρονας, ita prudentes ex spirituali temperantia factos, ut eluceat peculiaris quædam modestia. Nequaquam oblivioni tradendum, quod cap. I, 8. monuimus; τὴν σωφροσύνην, ad animum pertinere, qui si sua constiterit sanctitate ac integritate, non potest non existere talis moderatio, ex qua vera sapientia & in agendis prudentia redundat. Additur cum emphasi magna: υγιαινόντας τῇ πίστῃ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ. Quæ verba si cum v. 1. conferantur, patebit, ex sana doctrina provenire, ut homines sanitatem gaudeant; quam porro spiritualem intelligendam esse, apposita docent. Ille quippe vere sanus est, qui nihil admittit, quod fidem vel in theoria vel in praxi corrumpat. Observamus quoque, primo tres virtutes cardinales hic apponi; cum tamen proprie non nisi duæ sint, charitate patientiam includente. Certe id nulla alia de causa fit, quam ut ex ὑπομονῇ expressa cognoscatur, quod fides & charitas, si veræ sint, puræ sint & incorruptæ. Secundo tres alias præmitti virtutes, quæ ita comparatae sunt, ut non solum ex fide, charitate & patientia originem suam trahant, (senes quippe sobrii, venerandi, ac temperantes esse jubentur, ut propter quos sanos esse oportet τῇ πίστῃ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ) sed & singulæ priores singulas posteriores emphatice respiciant. Sobrium enim esse, ad πίστιν aptissime refertur, ex qua tam animi, quam corporis sobrietas resultat. η σεμβότης ad amorem proximi seu ἀγάπην, quæ per σεμβότην, gravitatem, dispensatur, spectat.

D 2

Quan,

Quando tandem in unum concurrunt *Patientia, Fides & Charitas*, tum non potest non recta temperantia existere: cum contra dominatur impatentia, omnimoda viget *iraçia*. Constat exinde, nihil majoribus ac senibus magis convenire, quam ut fidem suam ἐν σεμιότητι καὶ ἐν τῷ φροσύνῃ constanter demonstrent, & junioribus hisce facibus præluceant.

Alter veluti canon v. 3, sequitur, de vita moribus que matronarum senilium, a quo tamen juniores excludi, minime putandum est. vid. i. Petr. III, 3, 4. Cetera adduntur per *remotionem*. Finis v. 4. annexitur, ut nempe τῷ φροσύνῃ, de qua satis sermo factus est, servare alias doceant. Notatu omnino dignum est, v. 5. non communem, qui alias suffecisset, sed peculiarem apponi finem, qui affeatum metus excitat! Ταῦτα μὴ ὁ λόγος τοῖς οὐδὲ βλασφημῆ. Si nimirum sanæ doctrinæ præcepta adolescentulæ (vel etiam cetera ecclesiæ membra) contempturæ essent, fore, ut sermo DEI blaphemaretur. Egregiam certe Ecclesiæ primitivæ proprietatem ob oculos nostros ponit Apostolus, in hoc consistentem, quod illa de omni blasphemiarum occasione vitanda maxime sollicita fuerit. Quicquid enim homines verbo DEI credentes, perperam committunt, a mundo non credente haud tam auctoribus id tribuitur, quam ipsi verbo DEI, licet malum illud ex hoc nullam originem habeat.

τῷ φροσύνῃ junioribus quoque commendatur v. 6., utpote ipsis præsertim necessarium. Hi enim utriusque sexus in omnibus, etiam in iis, quæ sanctissime tractare oportet, luxuriari solent, nisi diutina & maturiore cura, atque ardentissimis ad DEUM precibus, solidum τῷ φροσύνῃ obtinuerint, alias sub specie

cie profundissimæ agnitionis , singularis pietatis , ac ferventissimi pro D E O zeli , luxurias animi domini- um servare vel recuperare potest . Quid enim fer- vidus tumultuantis , vel saltēm inexpertæ juventutis sanguis non committit audetque ! conf. 2. Tim. 1, 4.

Jam iterum ad Titum tanquam Episcopum per- git v. 7. qui si cum v. 1. conferatur , sensus hic erit : Loquere , tanquam παρεχομενοις περι πάντα σεαυτον τη- rion . Quid hæc vox in recessu habeat , ex Rom. VI, 17. declaramus ; ubi doctrina Evangelica typi instar emphati- cæ sifstitur : cui si pastor efficaciter fuerit traditus , fit & ipse typus , in quem deinceps auditores ita immitten- di sunt , ut ad ipsum vere in Christo conformatur . i. Cor. IV, 16. i. Cor. XI, i. Philipp. III, 17. Per αδιαφορίαν , con- stantia in sana doctrina intelligitur ; per σεμνότητα vera gravitas , non quo homines arceat ab aditu Ministri , sed quo ad omnem reverentiam honestam componat adeuntes , ut Beza inquit . Uberius indeoles typi , quem Episcopus ipse præbe- re debet , v. 8. indicatur . Sermo sit ἀναράγωσις , ita compa- ratus , ut de jure culpari nequeat : idque propterea , ηα ο εξ ἐναντίας ἐνταπή , confundatur , stimulum in con- scientia accipiat . Sicut ipsi Augustino accidit , qui cum adhuc Manichæismo adhærens , divum Ambrosium , ele- gantissimum Patrem , Mediolani audiret , nec in tam integro viro inveniret , quod damnare posset ; ita , non obstantibus armis illis , quibus se satis munitum crede- bat , convincebatur , ut errores abnegans , parumque de vana eloquentia , quæ ipsum antea totum occupabat , sollicitus , crucifixum J E S U M salutariter amplexus fue- rit . Augustin. lib. 5. Confess. c. 13. 14.

Post officia variorum ordinum æstatumque, illa etiam, quæ in Oeconomicis observanda sunt, non tantum ratione Patrum familiæ, sed maxime ratione servientium, v. 9. inculcantur. *ἀντιλέγετεν* cap. I, 9. de Adversariis, hic autem usurpatur de famulis, semper regerere, & oggannire solitis. Conf. Joh. XIX, 12. Act. XXVIII, 19. Rom. X, 21. In voce *ἴδοις*, v. 5. occidente, emphasis latet; *νεμίνεται* duobus heris servire posse, Matth. VI, 24. nempe dissentientibus. Ut appareat, quanta solicitude in unoquoq; vitæ genere requiratur, talia ponit Paulus *predicata*, quibus omnium casuum periculo occurrit. Sicut enim v. 9. præcepit, ne servi sint *ἀντιλέγοντες*, ita v. 10. addit, *μη νοσφιλόμενοι*, subvertentes, dolose agentes, *ἄλλα πίστιν πᾶσαν ἐνδεκτύμενοι*, sed ita se gerentes, ut animum ad ea undiquaque intendant, quæ bonam fidem ostendunt. Hic per *πίστιν* non intelligimus tam fidem *justificantem*, utpote quæ non dicitur *πᾶσα collecti-
ve*, quam fructum fidei, quo hæc se exserit circa res externas, vel vim ejus internam ad agenda opera, Col. III, 23. per τὸ *ἐν ψυχῆς ἐργάζεσθαι*, ὡς τῷ *κυρίῳ*, expressam. vid. Gal. V, 22. qui locus est parallelus.

Generalis autem conclusio, ad omnia vitæ genera ante memorata, habetur in membro altero hujus versiculi: *ἴδα τὴν διδασκαλίαν τὴν σωτῆρος ήμῶν θεοῦ κοσμώσιν ἐν πᾶσιν*. Ubi notandum est, doctrinam ab *objeto primario* denominari, quo tanquam ingenti pondere fideles excitentur ad vitam, doctrina tam sublimi dignam, agendum atque præstandam.

Acce-

Accedit in altera secundi capitatis parte v. II, 12, 13,
 14, 15. genuina eorum omnium, quæ huc usque præ-
 cepta sunt, observandorum ratio & fundamentum.
 Quod statim v. II. innuit particula γὰρ, omnino signifi-
 cans, sequentia loco medii termini esse, ex quo omnia,
 quæ ab initio, tam generatim, quam speciatim, ursit
 Apostolus, concludantur. Sic itaque locus, qui in to-
 ta epistola præcipuuſ est, incipit: Ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, ipſe
 scilicet Evangelicus, ut ita dicam, & favor Dei, & Spi-
 ritus ac theſauruſ, ἡ σωτήριος, quæ gratia in eo tota
 versatur, ut hominem ad media ordinata, atque ad mo-
 dum ſalutis obtinendæ, in Evangelio præscriptum, ef-
 ficaciter perducat. πᾶσιν ἀνθρώποις, omnibus & singu-
 lis, in quocunque vitæ genere, τῷ κατὰ τὴν διδαχὴν πι-
 σῶ λόγῳ recte utentibus. conf. 1. Tim. II, 4. 2. Pet. III, 9.
 Ezech. XVIII, 23, 33. cap. XXXIII, II. ubi quidem uni-
 versalitas gratiæ, verum ſimul cum ordine, afferitur.
 Ἐπεφάνη, quaſi ſuperilluxit, apparuit, & quidem secun-
 dum vocabuli emphasiſ, longe clarius, quam in Veteri
 Testamento. vid. cap. III, 4. potest etiam verti, patefacta
 eſt, nempe per Christum & Apostolos. Rom. XVI, 26.

V. 12. Subjungitur finis probe attendendus, παιδεύ-
 ſα, qua voce habitus practicus indicatur, qui emendatio-
 nem animorum intendit, & reipsa eos caſtigat, erudit,
 corrigit. 2. Cor. VI, 9. 1. Tim. I, 20. Tim. II, 25. 1. Cor. II, 32.
 Uſum paedevticum, quem, qui Apoſtolica mente ca-
 rent, credidiffent forte intempeſtivum, eleganter, &
 miro cum ordine hic apponit Paulus; qui, ut conſtet,
 quid fit ὄφετομεν, ante omnia, remotivē procedit ratio-
 ne ob-

ne obſtaculorum, ὥν αἰγνοτάμενοι τὴν αὐτοῦ, respectu prime, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, ratione ſecunde tabula. Quicquid enim positive boni quis habere putat, nihil eſt, niſi remoſio impedimentorum, ſeu mortificatio paſſiva in ſeria poenitentia, & activa in renovatione præceſſerit; non enim aliter verum bonum propositum, & virtutes oriuntur per fidem.

Hic ordo theticus, ut in exegesi, ita & in homileticis accurate fervandus eſt. Ratio Apostolicæ methodi remoſive additur, ut neimpe ſic renovatio ſuas partes etiam positivas obtinere pofit: ὥν αἰγνοτάμενοι & σωφρόνως, moderate erga nosmet, καὶ δικαίως, juste erga proximum, καὶ ἐνοτελέως, pie erga Deum, ζητῶμεν, vivamus. Si quis autem hīc obiter quærat, cur lex duos tantum Dei & proximi, non vero tres, uti in hoc loco, respectus contineat, respondeſt Auguſtinus libr. I. de Christiana doctrina c. XXVI. respectum erga ſemetipſum includi in ſecundo respectu legis, quando apponitur, ſicut teipſum. Cum dictum eſt, inquit, diliges proximum tuum, tanquam teipſum, ſimiliter & tui ab te dilectio non pretermiſſa eſt. Adjicitur non fine gravi cauſa, ēv τῷ νῷ αἴνου. Quae limitatio, in Novo Testamento non raro occurrens, magnam habet emphaſin, opponiturque vanis ac falſis praetextibus impiorum & hypocritarum, ſeriæ Conversionis ac Renovationis curam differentium temere, vel ad alteram vitam Apostolicum inchoatae perfectionis, ſeu debitæ integritatis ſtudium rejiciēntium: cum tamen HÆC VITA ſpiritualis militie, & probationis tempus eſſe debeat, in quo revera demonſtrandum eſt, quod, omnibus carnis cupiditatibus abne-

abnegatis, toti ad ea , quæ a fronte sunt , contendamus , & κατὰ σκοπὸν διώκωμεν ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἀνωμησεως τῇ θεῷ ἐν χριστῷ Ιησῷ . Philipp. III, 14.

Ut hic ordo & *remittivus* & *positivus*, qui tam in renovatione, quam in conversione locum habere debet, eo diligentius observetur, egregia τῆς παιδεύστησις χάριτος *motiva*, per quæ doctrina Christiana sese in hominibus exercere solet, v. 13. & 14. annexantur. His enim, tum convertendo, tum magis magisque renovando, ssvaviter proponitur, primo ratione *futuri*, quanta ipsis speranda sint; deinde ratione *prateriti*, ipsos non argento, seu auro, sed pretiosissimo Agni immaculati sanguine redemptos esse.

In voce igitur προσδεχόμενοι v. 13., notamus, latere medium hunc *terminum*: ideo pie omnino nos gerere debemus, quia præmium magnum, τὴν μακάριαν ἐλπίδα, expectamus. Quæ spes, prout in Scriptura Sacra usitatum est, pro *objecto* ipsius spei sumitur, ut ita emphatice significetur, & habitus fidei ac spei *inhæsivus*, & scopus habitus *inhæsivi*, futura gloria. Vid. 1. Petr. I, 3, 4, 5, 6, 7. & 2. Tim. IV, 7, 8. Coll. I. Cor. IX, 25. I. Tim. VI, 12.

Nec solum beatæ spei fit mentio, verum ad augendum adhuc æmulationis piæ stimulum, additur: καὶ ἐπιφάνειαν, cum egregio additamento, τῇ μεγάλῃ θεῷ &c. Extabat v. II. ἐπιφάνεια ἡ χάρις παιδεύσσα, castigans: hic autem eodem loquendi modo succedit lætissima futuræ gloriæ mentio, ἡ ἐπιφάνεια τῆς δόξης τῇ μεγά-

E

μεγά-

Ἄγ θεον, καὶ σωτῆρα Ιησοῦ χειρά. Adoratio, quam Redemtori nostro debemus, monet, ut observemus, hunc locum pro ipsius Majestate Divina merito contra Socinianos adhiberi, qui fallaciam divisionis committunt, hæc verba τὸ μεγάλον θεόν, plane ab eo, σωτῆρα, separantes, & ultimum quidem epitheton Christo, sed non primum concedentes. At vero, si res secundum eorum mentem haberet, Articulus *discretivus* τῷ ἀντί σωτῆρα ponī debuisset; quod cum non factum sit, de solo Iesu Christo esse sermonem, evincitur. Unde patiter clarum est, eadem verba in v. 10. de Filio DEI explicanda esse: unum quippe in utroque loco subiectum est.

Nexus itaque v. 11, 12, & 13. Logicus hic est: si Fidelibus expectanda est beata illa spes, ut magnus Deus & Servator magna cum gloria patefaciens sit, tum sequitur, tanta gratia eos castigari ac vehementer adduci, ut sancte, pie & juste vivant. Quod argumentum Evangelicum est, quia in *motivis* Evangelicis sicut reperitur. Quantum pudoris ac spei ille sentiet, qui quam fortis sit hæc admonitio, apud conscientiam suam exploraverit! Cui vero hic sensus deest, ne cogitet, ac si affectus fidei rem tantam assequi nequeat, sed potius hunc defectum depravato animo suo tribuat, a quo tantopere commendata abnegatio requiritur. Quæ propterea certissimam, ad affectum spirituali in verbo DEI inveniendum, clavem superpediat.

Sicut v. 13. ex Loco Theologico de vita æterna, ita v. 14. ex Loco sive Articulo de Redemptione, insigne Exe-

Exegeseos momentum adducitur: ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ
ἡμῶν, ἵνα λυτρώσῃται &c. Ubi iterum tantum situm est
pondus, tam ratione redimentis, quam redeitorum,
ut pudoris & æmulationis affectui, apud meditantem
movendo, maximum adseratur ex paucorum nexu
verborum.

Finis redemtionis Christi sequentibus emphatice de-
claratur, ἵνα λυτρώσῃται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀοιδίας. Ut nos
redimens, omnia injustitiae vincula, quibus constricti
eramus, in nobis frangeret, & a peccati servitute seu
dominio animas revera liberaret. Qui enim hostis
ipsius adhuc mancipium est, hic redemtionis nondum
se participem gerit. Quid hīc ἵνα λυτρώσῃται ἡμᾶς &c.
significet, nervose explicat divus *Johannes I.* Epist. cap.
III, 8. εἰς τοῦ ἐφανερώθη ὁ οὐρανὸς τῷ αὐθέντῳ, ἵνα λύσῃ τὰ
ἴργα τῷ διαβόλῳ, qui ἀπὸ ἀρχῆς ἀμαρτάνει, & ἀμαρτάνει
facit: hoc est, ut ita dissolvat diaboli opera, ipsiusque
imperium in homines, ut redemti, verum attingentes
fructum, peccatum amplius non faciant, nec, qua ta-
les, facere possint, v. 9. *in oppositione ad illos, qui ex Dia-*
bolo sunt, eo quod peccatum faciant.

Duplicem vero redemtionis fructum habemus: *im-
putativum*, (Justificationem) qui fundamentum est; at-
que *inbasivum*, sanctificationem, qui alter scopus, ac
terminus redemtionis est, quem nisi serio quis in-
tendat, ne justificationem quidem consequi potest. Re-
demisse itaque nos Christus dicitur *ab omni iniuritate*,
cujus privatio est prior fructus; quem alter una exci-
pit, in eo consistens, ut Servator noster καταρθῇ ἑαυτῷ

λαὸν περιέστον; ad quod epitheton immediate, & sine copula accedit, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων: ut ita emphatice significetur, eos tantum ad Christi peculum pertinere, qui veros zelotas se præbent; nec non omnia, quæ religionem Christianam respiciunt, ad sanctificationem sic transferenda esse, tanquam ad finem, respectu nostri in ordine gratiæ ultimo semper atque actu ipso intendendum. Connotantur ergo, privativum & positivum, ἡ αὐτρώση, καὶ καθαρός λαὸν περιέστον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων: quæ duæ partes, indissolubili nexus combinatae, rectam illius indolem produnt, qui vere justificatus est.

Tanta autem in voce, περιέστον, emphasis est, ut circa eam parallelismus, seu analogia Scripturæ, conferri mereatur. Habemus in oratione Dominica panem ἐπιέστον, id est, qui quotidie ad nutriendum corpus idoneus ac necessarius est, atque ita ad substantiam hominis sustendandam spectat. Non excluditur quidem panis spiritualis in petitione quarta, sed nihilo minus obvium magis est, primò naturalem seu corporalem intelligere. Quando autem hic perhibetur Christus, περιέστον, id est, talem sibi purificare populum, qui pro substantia ipsius sit, non hæc quidem personalis, sed mystica fuerit statuenda. Habet enim ipse Dominus suam propriam individualem substantiam; habet tamen etiam qua caput Ecclesiæ, quæ corpus mysticum ejus est, mysticam substantiam, atq; influit in fideles, veluti membra sua, una cum iis spiritu intime unitus, & ipse in iis est, ipsique in ipso. Joh. VI, 56. Conf. Ephes. I, 22, 23. III, 16, 17. I. Cor. VI, 17. XII, 12, 13.

Hinc

Hinc vocabitur $\pi\epsilon\rho\sigma\tau\omega\varsigma$ λαὸς, qui pro ipsius substantia est, qui ex ipso influxum spiritualem recipit, qui caro ex carne & os ex ossibus ejus est. Ephes. V, 30. Nec dubitandum, quin Paulus simul respexerit ad mysterium conjugii Gen. II, 18. 22. ubi mulier creata, ut circa virum, seu pro ipso esset. Ita quippe Ecclesia addicta est sponso Christo, & coram eodem esse ac manere debet. 2. Cor. V, 6. 8. 9. Unde apparet, quam sublimis & mysticæ significationis sit $\pi\epsilon\rho\sigma\tau\omega\varsigma$ λαὸς, notans illos, qui scilicet secundum mentem & spiritum Christi vivunt, & ita ipsius sanguine sunt purificati, ut in externo judicio statim agnoscendi sint futuri, qui ad Christum tanquam $\pi\epsilon\rho\sigma\tau\omega\varsigma$ spectent. conf. Malach. III, 17, 18. Vera Ecclesia idcirco non est populus, qui cum mundo in peccatis corrumpatur, vel iniquitati adhæreat; sed peculiaris, qui peculium singulare constituit, isque cœtus oppidò exiguum sanctorum Altissimi. Dan. VII. v. 18. Luc. XII, 32. Hunc in finem Deus ipse sic Jeremiah cap. XV, 19. alloquitur: *Si separaveris (eduxeris) pretiosum a vili, h. e. ut populus mihi peculiaris feligatur, eris ut os meum, h. e. concionator secundum meam voluntatem: convertentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos.*

Quod ad ζηλωτὴν attinet, observamus porro, quod quia Hierosolymis, ut Josephus refert de *Bello Judaico* I. IV. VII. &c. famosi Zelotes erant Pharisei; hisce Paulus tales opponat, quos ἦχθεις παιδεύσοι genuinos Zelotas efficiat, & qui non hypocriticum seu affectatum in malis, sed vere divinum in bonis operibus zelum demonstrent. Annotationem hanc, levem conjecturam

non esse, confirmat Apostoli allusio, qua Pharisaismo similiter opponere solet separationem suam optimam ad Christianismum & Apostolatum, ut Rom. I, i. Galat. I, 15.

Post vehementes desiderii atque æmulationis affectus, tandem ita concludit: ταῦτα λάλει, καὶ παραπλήσιον, καὶ ἔλεγχος μετὰ πάσης ἐπιταγῆς μηδείς σὺ περιφρονεῖτο. hoc est, ὡγιανθόν doctrinæ recte secandæ inhære, & negligentiam atque metum omnem excute, cum tua doctrina tam solidis, & tam divinis fundamentis fulciatur. Nemo te, tanquam armatura a Deo egregia instructum, despiciat. Non vult autem Apostolus, ac si pro honore & imperio Pharisaico certare Titus debeat. Vera potius mens Paulina hæc est: sic demonstra robur ac prudentiam Evangelicam in munerre tuo, ut auditores, coelestis gratiæ donum, lquod Deus in te reposuit, semper revereri teneantur. Uno verbo, doce in demonstratione Spiritus ac potentie, ne alioqui doctrina tecum in contemptum veniat. Vid. S. R. Speneri Libellus Germanicus, in quo Scripturæ loca vindicantur, quibus abuti solent οἱ κατὰ σάρκα ὄντες. p. 524.

Atque ita vera ἐπιταγὴ, & spiritualiter præcipiendi ratio, demonstrata est consistere in eo, ut fundamenta ad docendum Evangelium, & ad urgenda ac vindicanda ipsius officia adhibeantur ejusmodi, quæ de gratia DEI castigante & alliciente per Christum animos convincant.

IN

IN CAPUT III.

Sicut hoc caput peculiarem præcedentis confirmationem, ipsamque conclusionem. Maxime autem interest, ut in illo singularem Pauli affectum perspectum habeamus, qui in eo totus est, ut suum in auditoribus, integerrima pietate, puraque ad vitam aeternam doctrina imbuendis, zelum ardentissimum ostendat; quem magna cum solitudine attendere illi debent, qui Ecclesiæ aliquando inservire constituerunt. Quo enim proprius vocationem ad Ministerium imminere duxerint, eo magis studiorum vela contrahant necessitate est, curasque omnes ac labores in hoc unum necessarium convertant; ut norint, quomodo homines ad Christum efficaciter ducantur διὰ τῆς κατὰ τὴν διδαχὴν πίστης λόγου. Meditandum hinc, quid Paulus, licet Apostolus, de se ipso proferat 1. Cor. II, 1, 2. nec non 1. Cor. I, 17.

V. 1. habetur propositio capitinis de iis, quæ docenda sint. Præcipit fidelibus ipse Apostolus, ἀρχαῖς καὶ ἐξερευναῖς ὑποτάσσεθαι, πειθαρχεῖν. De obedientia Magistratus, etiam infideli debita, lege fusius Rom. XIII. 1. Petr. II, 13, 14. Matth. XXII, 21. Joh. XIX, 21. &c. Cui mandato specialiori generalius adjungit, πρὸς πᾶν ἔργον αὐτοῦ ἐτοίμους εἶναι. Quod de Ministro Ecclesiæ dicitur 2. Tim. III, 17. hinc de quovis Christiano requiritur; nec erraverimus, si omnia hujus officia hoc versu simul præscribi dixerimus. Sicut enim antea aliis alia præceperat cap. II. v. 2, 3, 4, 5, 6, 7. 9. ita in genere omnes jubet

jubet idoneos & alacres esse ad omne opus bonum. Quod ipsum porro *antithesi* illustrat & amplificat v. 2. non solum prohibendo, μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχες ἔνοιαν, sed & injungendo, ἐπιεικεῖς εἶναι &c. conf. Phil. IV, 5. Ratio itaque secundi & tertii capituli hæc diversa videatur esse, quod illud *primam*, hoc vero *secundam tabulam* magis respiciat.

Jam v. 3. sequuntur maxima Epistolæ pondera, quæ ut recte agnoscantur, v. 1, 2, & tertii connexio probe est observanda. Virtutes supra præceptas inculcare Titus debet, cur? Ημεν γάρ ποτε ηγήμεις &c. quibus emphaticis verbis spiritualem μεταμόΦωσιν (conf. Rom. XII, 3.) cum in Gentilibus & Judæis, tum in illis, qui baptismi foedus carni iternum serviendo violarant, vere instaurandam, & summo cum studio porrò conservandam esse, contendit Paulus. Exstat 1. Cor. VI, 10. ήτε, hic autem ημεν ηγήμεις. Ut sic videamus, ipsum Apostolum, qui alias circumcisus erat, & secundum externam legem ita se gesserat ante conversionem, ut ἀμεμπτῷ esset, seipsum nihilominus, ratione pristini status, in eadem cum ipsis ἀμαρτωλοῖς classe collocare, & suo exemplo civili honestate larvatum DEI cultum plane damnare, omnemque hypocrisim depositam velle. Accedunt ipsa irregenitorum *epitheta*, quibus non tantum externa respiciuntur opera: Saulus quippe justissimus hoc respectu fuerat; sed affectus maxime exponuntur, quibus & ipse laboraverat. Vox, πλανάμενοι, statum naturæ sibi reliqua levisimum, maxime apud juniores, exprimit, qui distracti ac planetarum instar errantes, semper alias eligere vias solent, quam-

quamdiu τῇ σωφροσύνῃ expertes sunt. Vide Ecclesiastes cap. VII, 18. Per διάλευοντες propriæ inordinata & habitualis ad creaturas animi propensio, spiritui decalogii & diametro opposita, indicatur. ἐν παντὶ καὶ φθόνῳ διάγοντες, illi sunt, qui tam profundas in malitia & invidia, tanquam in suo elemento, radices egerunt, ut nullum plane veri amoris actum elicere possint. συγνητοὶ vero, qui aquas infernales continuo quasi propullentes, Jac. III, 6. 8. semper habent quod opponant, regerant, vel culpent ex mero odio. Sed de his affectibus pravis, qui, proh dolor! satis noti sunt, non plura. Ut autem tertium versiculum, cum quarto emphatice cohærentem, eo clarius videamus, sequens apponimus argumentum: Quicunque fuerunt ἀνόντοι &c. & hos pravos affectus agnoverunt ac deposuerunt, illi non denuo inclinare ad eos debent. Atque οἵτε καὶ οἵτε tales, at vero liberati sumus. Ergo &c. Hoc est argumentum Apostolicum, cuius ad majorem ne quis omissam putaret in textu limitationem hanc: & vero ad meliorem statum pervenerunt: ipse eam supplet. Nam Conversionis privativo, seu termino a quo, v. 3. positivum subiectitur, ceu terminus ad quem, v. 4. 5. 6. Quam in rem merito legendus Augustinus contra 2. epistolas Pelagianorum lib. I. ad Bonifacium: Fuitus, inquit, & nos fulti aliquando &c. Talis hic Saulus fuit, quando secundum justitiam, que in lege est, sine querela se fuisset dicit. Philipp. III, 6. Nam quia non post hanc vitam abominabilem, ut esset sine querela, in lege efficerat, moresque mutaverat, evidenter id his, que sequuntur, ostendit: quandoquidem mutatum se non dicit ab his malis, nisi per gratiam Salvatoris. Adjungens enim hoc ipsum, ait: Cuna autem benignitas & humanitas il-

F

luxit

luxit &c. v. 4. 5. 6. 7. Quando consequentia considerantur, deprehenditur Pauli affectus. Ille scil. non potuit, nisi gratia Dei purificari; erat enim sine querela, nec eum quis, nisi pro justo habuit: sic tamen cum omni sua justitia hoc assequi non potuit, ut liber esset a miseria. Duo vocabula, ἡ χρησότης καὶ ἡ Φιλανθρωπία, et si ejusdem generis sunt, quia tamen repetuntur articuli, diversa significare existimamus. χρησότης videlicet generaliorem Rom. II, 4. & ex ipso naturæ lumine investigabilem, A&t. XVII, 26, 27. ἡ Φιλανθρωπία vero specialiorem, & magis Evangelicum respectum involvit. Quid per ἐπεφάνη intelligatur, ex 2. Cor. IV, 4. manifestum est. Ut enim malus spiritus, tanquam Deus hujus seculi, carnis & sanguinis, & viri voluntate, Joh. I, 13. aliiisque mille prætextibus atque præjudiciis inspiratis, excœcat mentes τῶν ἀποδημεων, ne irradiet eos lumen Evangelii gloriæ Christi; ita ἡ Φιλανθρωπία τῷ σωτῆρι Θεῷ μῶν θεῷ ἐπεφάνη in Evangelio, non ut tantum verbi prædicatio fieret, sed ut efficaces ejus irradiationes cor penetrarent, ac lucem in ipso foecundissimam sol justitiae produceret. 2. Cor. IV, 6. conf. Dnn. D. Olearii, Prof. Lips. & D. Langii Prof. Altorf. Dissertationes de illuminatione.

V. 5. Suæ & aliorum salutaris mutationis media propositurus Apostolus, negative ante omnia procedit, excludendo ipsam suam justitiam pristinam, quæ plane nullius fuerit momenti. Articulus τῶν fortissimum indicat affectum, quo testatur suo exemplo, naturalem seu Pharisäicam sanctimoniam, licet speciosissimam, pravitate haud immunem esse. Ad positivum deinde progrediens, primo causa principalis mentionem facit,

facit, quam τὸν θεῖον ἔλεον esse afferit. conf. Eph. II, 6, 7, 8.
 Gal. VI, 16. Vox ἐσωτε effectum, & imputativum, justificationem, & inhæsivum, sanctificationem, exprimit. Secundo a caussa principali ad instrumentalem transit, quæ est τὸ λόγιον τῆς παλιγγενεσίας. Per quod medium non tam allegoricum quid, quam ipsum Baptismum intelligimus, non quidem, ut opus operatum, respiciendum, sed ita comparatum, ut Spiritus Sanctus per hoc sacramentum in hominibus omnino virtutem exferat; qualem ostendit Christus Joh. III, 3. 5, 6. Quia enim intermediate addit, ἢ ἀνακαίσσεως τῷ πνεύματι δύσ, prorsus evincitur, Baptismum efficax medium esse. Supra observavimus, articulos repetitos plerumque diversa notare, ut v. 4. antecedente; quibus hīc omisis, regenerationem baptismi a renovatione Spiritus Sancti neūtiquam diversam esse, innuitur. Non quidem male vertitur quoad ipsum veritatis sensum; Per lavacrum regenerationis, & renovationem Spiritus: veruntamen Græcus textus, una cum re significata, optime admittit genitivum etiam posteriorem, renovationis Spiritus, ut efficacia Sacramentalis denotetur. Conf. Dn. D. ANTONII, Praeceptoris mei meritissimi, Not. in C. T. Sess. VII. de Sacram. in genere. Can. VIII. De adultis in textu sermo est, apud quos ex verbo vera poenitentia effecta jam erat, cuius demum ipse Baptismus sequens complementum sanguinemque efficax fuit; servato sic ordine, qui ratione jam utentibus debetur juxta Matth. ult: Ite, docete, & baptizate! Exemplum occurrit Act. VIII. ubi prius a Philippo Eynuchus eruditur, & postquam ex Philippi prædicatione tanta in corde ipsius mutatio esset orta, ut ex toto pectore in Jesum Christum crederet, tum demum baptizatus est. Quæ lotio Sacramentalis, quia subiectum obi-

cem non ponebat, sed vere poenitens erat ac credens, adeo efficax fuit, ut Evnuchus ipse iter suum latus continuaret. Ex hac doctrina & exemplo concluditur, quam frivole illi agant, qui Judæos, Turcas, vel alios adultos, non præmissa sufficienti veræ conversionis exploratione baptizant, notitia mere historica, & externa baptizandorum professione contenti; cum tamen in talibus *subjectis* genuina cordis mutatio prorsus prærequirienda sit a baptizante, & solcite prius dijudicanda. Ut autem probare quisque posset, an haberet adhuc, quod ipsi olim in Baptismo collatum erat, ac renovationis Spiritum magni æstimaret; declarat Apostolus ipsius vim atque ubertatem admirabilem. v. 6. Ubi non tam de miraculosis, quam de sanctificantibus donis agitur, quæ in unumquemque vere regenitum effunduntur, & quidem πλεον, ita ut nemo conqueri poscit, modo se dignè κατα τὴν διδαχὴν gesserit, se non recepisse sufficientem gratiæ efficaciam. Quod ad eiusmodi effusionis modum attinet, respectu infantum est ille incomprehensibilis; adulti vero tam vere eum ipso effectu agnoscere debent ac possunt, quam olim ipse Apostolus. Ordo iste talis est. Quando quis adultus irregenitus, vel qui baptismi gratia voluntariis peccatis excussa, carnis & Satanæ mancipium factus iterum est, seipsum tandem tanquam turpe, nudum, ac foetidum, spirituale cadaver cum dolore intuetur, & vere secundum Verbi ductum ex Jesu Christi morte conteritur juxta Deum, 2. Cor. VII, 10. tum, per communicatum ex Evangelio gratiæ & misericordiæ divinæ gustum, ipsa Spiritus S. effusio tam realiter atque efficaciter contingit, ut homo tandem præ gaudio cum Syracide exclamet.

exclamet cap. XVIII, 1. O quanta est misericordia Domini,
quam benigne se inveniendum præbet! confer Ps. XXXIII,
5. 21. Rom. V, 5. 1. Petr. II, 3.

V. 7. Sequitur finis effusi spiritus, & intermedium,
justificatio, & ultimus in suo genere, coelestis hæreditas.
Ut desiderii, & æmulationis affectus excitentur, porro
apponitur *narr' ἐλπίδα*; idque ex fundamento dogma-
tico, quia spes est fidei fructus, quo ipsa fides obsigna-
tur, & sic quidem, ut per *spem vivam* 1. Petr. I, 3. æter-
na vita sese jam in fideli exserat, bonumque quod spe-
ratur, actu ipse possideat, licet *inchoate*. In civilibus
si cui e. g. domus assignatur hæreditario jure, post a-
liquot demum annos possidenda, præter pignus da-
tum, actu ille nihil habet. At vero apud fideles lon-
ge majora reperiuntur, utpote quibus & pignus, &
cum pignore, imo in pignore, ipsa res actu exhibitur,
& vere quidem, tametsi nondum consummatè 1. Cor.
XIII, 12. occulte Coloss. III, 3. 4.

Proposito fidei fundamento, Ministri Ecclesiæ
requisitis & partibus, subjungitur v. 8. Conclusio,
ubi locutio πιστὸς ὁ λόγος, tanquam asseveratio uni-
versalis, ad omnia refertur, quæ in I. II. & III. capite
haec tenus præcepta seu prolatæ sunt. Mirari quidem le-
ctorum oportet, tam subito hic Paulum abrumpere;
verum notandum putamus in *exegeſi*, si ejusmodi ab-
ruptio contingat, cauſsam vel ex *oppositione* aliqua peti
posse, quam in sequenti versu invenimus. Idem itaque
est, ac si dicere forte voluisset: Heterogenea, licet alias
bona, ecclesiæ inculcanda minime sunt, sed potius omnes
Episcopi conciones hoc oportet tendere, ut fundamen-
tum veræ conversionis & sanctificationis constanter

excolatur; sic enim semper optime collocatur tempus. Pro confirmanda Apostolica mente, magnum in voce βέλομα^τ pondus situm est: ita sentio, hæc est mea voluntas; ἡνα Φρόντιζωσι καλῶν ἔργων πρόσαρθραι δι πεπιστευκότες τῷ θεῷ,
&c. Quæ verba, quia rem insignis momenti continent,
v. 14. repetuntur, ostenduntq; emphatice, omnino Theologi seu Pastoris esse, ut cum fide justificante fructus eadem ipsa dignos solicite urgeat.

Quæ in v. 9. ut vitanda ex adverso anne^{ct}tuntur, ad Historiam Ecclesiasticam pertinent, ex qua discimus, etiam conversos tum temporis quosdam, ex residuo carnis pruritu, omnia scire voluisse. Quæstiones autem potissimum Judaicæ sunt, de quibus similiter actum i. Tim. I, 4. 2. Tim. II, 23. &c. Vocabulum compositum, περίστασο, emphasi sua significat, fidelem ministrum, ejusmodi inutilia & vana, tum a se, tum ab auditoribus rejicere debere i. Tim. IV, 7. ut bi aliquando coram judicio divino testentur, sese non nisi fundamentalia & valde bona a doctoribus suis accepisse.

V. 10. Singulare est monitum de vitando *homine heretico*, qui scilicet, cum antea vere conversus esset, in errores tamen fundamentales delapsus, iis voluntarie, malitiose & obstinate sic inhæreat, ut omnem adhibitam admonitionem respuat, nec ad meliorem revocari mentem possit. Per μάλα τὸ δευτέραν νοθεοῖς vult Apostolus, ut, propter damnationem vitandam præcipitem, omnes vere Theologicæ correctionis gradus sollicite præmittantur, sufficiensque temporis spatium, notoriū erroris accusato, ad rem mature ponderandam, relinquatur. Quod si tentatis omnibus subsidiis, quæ charitas & prudentia Christiana suppeditant, ille nihilo minus

minus in perniciosa hypothesi maserit; tum demum hoc Apostoli consilium incidet, quod absque formidine oppositi sequi liceat: παρατάσθι, ita tamen, ut preces pro tali non intermittentur. Conf. 2. Joh. v. 10. & 11. Ratio hujus rejectionis sequitur v. 11. ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοῖς ἡρῷ
καὶ ἀμαρτάνει, ὥστε ἀυτοκατακριτός. Quæ verba hæreticum secundum genuinam indolem sistunt, confirmantque, tales nondum esse, qui sententiam veritati contrariam, vel etiam pestilentissimam protulerit; sed qui in erroribus, fidei seu charitatis fundamentū evertentibus, pertinaci habitu obfirmatus persistat. Errores quidem, qui *fundamentales* appellantur, hæreseos *materiale* sunt; *formale* tamen illius maxime in errandi pertinacia recte collocatur. Sic enim *Nestorius*, & *Arius* pro hæreticis non prius habebantur, quam cum in perversa mente persisterent, satis commonefacti: id quod est hoc loco τὸ ἀμαρτάνειν, quo voluntaria nequitia errantis subaudienda innuitur. Vox difficilioris sensus, ἀυτοκατακριτός, Rom. II, 1. quodammodo explicatur. Redditur, qui *damnat seipsum*; utpote qui, etiamsi veram antea fidem sit expertus, & tam theoretice quam practice medicamentum agnoverit, perniciose nihilominus doctrinæ admissum venenum evomere constanter recusat, & reclamante conscientia monentibus contradicere non definit. Notandum autem est, quod talis *subjecti* convictione si non appareat, nihilominus vera esse possit, licet verba, gestus & scripta aliud mentiantur; nisi forte obloquentis conscientiæ sensum excoecatio ipsa abstulerit.

Epilogus, quem ultima capituli pars constituit, varias continet *circumstantias*, quæ ut in aliis epistolis θεοπνεύ-

5015, ita in hac de genuinis Christi membris ponuntur, quorum unum alteri amore tenerrimo curaque singulari praestō esse studet. Quocirca hīc & alibi notanda est oratio, quam vocant, morata, in probitatis, prudentiæ ac benevolentiae affectu demonstrando sita. Particula *uay* in v. 14. emphasin hanc habet: Ut ego Paulus fraterna erga te Titum familiaritate utor, & de fratribus, quos commendo, v. 13. omnino sollicitus sum, v. 15. idem quoque a nobis discant ἐν ἡμέραις erga se invincem praestare. Conf. Gal. VI, 9. Hebr. VI, 10. Rom. XII, II, 13. 2. Thes. III, 7, 8, 9. Nam contra ex insolente vita, quam nonnulli, ac si proximo nihil deberent, pro arbitrio eligunt, multa scandala & suspiciones enasci solent. Indicatur etiam, in quibus bonis operibus alter alteri praelucere debeat; nempe, non solum in precibus & Psalmis, Col. III, 16. sed quoq; *εἰς τὰς ἀγαγνίας χρέας*, quibus admoveare manus, pro concessis viribus, quivis teneatur Christianus, nisi vel ex ignorantia, vel ex malitia ἀκαρπός, ignavus venter, cap. I, 12., & inutile terrae pondus esse malit contra divinum ordinem 1. Thes. IV, II, 12. 2. Thes. III, 6, 10, 11, 12. Concludimus tandem has observationes sequenti: Apostolum v. 15. eos salutare, qui nos, inquit, diligunt ἐν πίστει. Neque enim existimamus, *alios homines in Creta defuisse*, qui & ipsos Dei servos diligenter, amore vulgari ac naturali: idcirco additur, *ἐν πίστει*, ut intelligamus, parum prodesse charitatem, qua bonos & bonum quodvis adprobaverit quispiam, nisi affectus hujus principium in vera fidei indole fundetur ac radicetur. Quam quidem ut Deus sanctissimus in nobis stabiliat, omni animo contendimus per Jesum Christum.

F I N I S.

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

Ye 3538

ULB Halle
003 144 674

3




sh

Re



B.I.G.

Black



EXERCITATIO THEOLOGICA
EXEGETICA
IN
EPISTOLAM
S. PAULI AD TITUM,

PER DEI GRATIAM
IN REGIA FRIDERICIANA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS, ET PROVINCiarum
BRANDENB. HEREDE, & reliqua,

PRAESIDE
DN. JOACH. JUSTO BREITHAUPT,
S. THEOL. D. & P. P.

A. M DCC III. m. JUN.
Publico Examini submissa
a
RESPONDENTE AUCTORE
DAVIDE NICOLAO BERDOTO, Montisbelg.
SERENISSIMI MONTBELGARTICO - VVURTEMBERGICI DUCIS
Alumno,

HALAE, LITTERIS ORPHANOTROPHI.